

Oratio.


OMNIPOTENS sempitérne Deus, qui Paschále sacramén-
tum in reconciliatiónis humanæ fœdere contulisti :
da méntibus nostris ut quod professione celebrámus ꝛ
imitémur efféctu : Per.

SABBATO IN ALBIS.

Super Ps. Ant. vj. toni. ALLELU-IA. Ps. 143. Benedíctus Dóminus




De-us me-us, qui docet manus me-as ad præli-um, * et



dígi-tos me-os ad bellum., etc., pag. 71. Ps. 144. Exal-



tábo te De-us me-us rex : * et benedicam nómini tu-o



in sæculum, et in sæculum sæcu-li., etc., pag. 72.



Ps. 145. Lauda ánima me-a Dóminum, ꝛ laudábo Dómi-



num in vi-ta me-a : * psallam De-o me-o quám-di-u

